



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

9. De Exordioru[m] communibus præceptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

De exordiorum communibus præceptis.

CAPVT IX.

CVrare igitur oportet in grandi præsertim oratione aditus honestos, vt in Basilicis præclara vestibula: sed tamen est in ijs plerumque elaborandis difficultas, vt expeditius sit orationis exitum inuenire, quam principium. Ego missam faciens syluescentium præceptorum congeriem, primum explicite pauca, & necessaria de exordio subiicio, mox nostro more χαρακτήρων exempla præceptorum rationibus subiungo.

In exordio considero nomen, definitionem, diuisionem, partes, vitia, virtutes, & tractationem.

Exordium dictum est metaphora ducta à Textoribus, Procemium à Citharædis, vt testatur Magnus Aurelius Cassiodorus in compendio Rhetoricæ. οἶμα (inquit) cantus est, & Citharædi pauca illa, quæ antequam legitimum certamen inchoent, emerendi gratia canunt, procemium nominarunt. Oratores quoque ea, quæ prius ordiuntur orationis causa, ad conciliandos sibi iudicum animos præloquantur, procemij appellatione signarunt.

Exordium (inquit Cicero) est principium orationis, per quod animus auditoris, vel iudicis constituitur, vel apparatus ad audiendum.

Eius duo facit genera, procemium, & Ephodon siue insinuationem.

Procemium est apertum principium.

Ephodos est subdolum initium, occultius inrepens in animos iudicis (inquit Fortunatianus) Sed de hac exordiorum diuisione plenius antea dictum est.

Partes exordij nonnulli quatuor asserunt, quamquam istud vbique non obseruetur. Notatur tamen plerumque Expositio, Ratio, Redditio, & Comprobatio. Expositio est oratio rem indicans, vt neminem vestrum latet (Quirites) quanta mala Carthaginenses propter vestigalium magnitudinem patiantur. Ratio est causa quæ redditur expositionis, vt, Neque enim res ita parua est, vt latere possit. Redditio est breuis assumptio, seu complexio eius, quod expositio, & ratione conficitur. Vos autem decet Quirites pro gloria, & laude vestri nominis tributa miseris diminue e.

Hh 2 Com-

Exordia
& aditus
honesti.
Apjmus
Rhetor
Græcus
multas
habet ma-
xime de
exordij
iudiciali-
bus præ-
ceptorum
minutias,
quas vi-
dere licet
Rhetor.
Græc. p.
682.
Exordij
nomen, &
definitio.
Cassiodo-
rus in Rho-
torica cõ-
pendio.

Quint. l. 4

Exordium
ceteris
partibus
esse in-
suendum.

Exordiorum
locos com-
munes ha-
bebant
antiqui
Oratores.

Cicero
habuit
volumen
exordiorum.

Exordia
adscitita.

& austerâ, sed quod eruditè notat Halicarnas-
seus in libro τὰ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων δευτέρως
plus habere suauitatis, quam maiestatis, ne ni-
mia gravitate, quos conciliatos esse volumus,
auocent auditores. At verò in orationibus ex-
ortatiuis, quæ non ad suasionem, sed delecta-
tionem instituuntur, longè alia ratio, & vehe-
menter errant, qui hæc genera vna ratione
præcepti complectuntur. Oportet enim hæc
procemia compta esse, florida, veneribus, &
gratij pullulantiâ, quamquam nolim esse ali-
quid, aut translatum audacius, aut ab obsoleta
veritate, aut poetica licentia sumptum. Non-
dum enim recepti sumus, & custodit nos re-
cens audientium intentio: magis conciliatis
animis, & iam calentibus hæc libertas, si modo
vnquam toleranda est, feretur alacrius.

Præterea ceteris orationis partibus vniti
exordia, adaptatiq; operæpretium est, ne à
toto corpore disiuncta, intrusa potius, quam
propria esse deprehendantur. Hanc artem ta-
men plerique veteres tenuerunt, vt locos sibi
exordiorum communes facerent, quibus pro
occasione vterentur, quamquam ea opinor ma-
gna dexteritate reliquo corpori insuebant, vt
nihil violentum cerneatur. Hoc sibi excidisse
testatur M. Tullius, qui libro, quem de glo-
ria conscripsit, procemium vnum ex suis Aca-
demicijs inseruit. Sic autem ille ad Attic. libi.
16. c. 5.

De gloria librum ad te misi, & in eo proce-
mium, id est, quod in academico tertio. Ide-
uenit ob eam rem, quod habeo volumen pro-
cemiorum, ex eo eligere soleo cum aliquod
obvypa. u. s. institui. Itaque iam in Tuscu-
lano, qui non meminisse me abulum isto
procemio, conieci idem in eum librum, quem
tibi misi. Cum autem in naui legerem acade-
micos, agnouit erratum meum. Itaque statim
nouum procemium exaravi, & tibi misi, tu il-
lud desecabis, & hoc agglutinabis.

Hoc qui faciunt pueri, sine iudicio ex alijs
authoribus exordia, malè suis tyrocinis ap-
tantes persæpè corpori equino, humanum
caput coguntur adtexere. Iam ad præ-
cepta magis familiaria, & ex-
empla deuencia-
IULIUS.

(*) (*)

Comprobatio est redditionis causa, ne coeantur tantam calamitatem experiri, ut & filios, quos genuerunt in perpetuam vendant seruitutem.

Vitia.

Vitia exordij sunt, vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra precepta, Vulgare, quod in communes causas accommodatur, vt Delphicus gladius. Commune quod non minus in hanc, quam in contrariam causam potest accommodari.

Longum quod pluribus verbis, & sententijs vitra, quam satis est producitur.

Separatum quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum orationi annexum.

Translatum quod aliud conficit, quam genus causae postulat, vt si docilem faciat auditorem, cum beneuolum causa desideret.

Contra precepta quod eum, qui audit, neque attentum, neque docilem, neque beneuolum efficit.

Virtutes.

Virtutes sunt in quantitate, & qualitate.

Quantitas in eo est, vt orator iustam habeat exordij magnitudinem, & viriliter se expedit.

Qualitas vt de re sit, & pro re, & ab extremo principio ad narrationem descensus subtiliter fiat.

Exordij finis.

Tractatur exordium ad conciliandam beneuolentiam, attentionem, docilitatem. Quamquam vt monui ineptum est existimare, his partibus singulis deberi semper in exordij locum.

Beneuolentia petitur a personis, rebus, ab adiunctis personarum, & rerum: In persona oratoris spectatur modestia, officium, necessitas, publica utilitas, aequitas, & id maxime in iudicijs. In persona clientis, nobilitas, innocentia, virtus, eruditio, promerita in tempore. In aduersarijs odium, crudelitas, perfidia, malitia, diffidentia, autoritas, infesta libido, intemperantia, amentia, furor, barbaries, petulantia, consilia, pactioes, diuitiae, auspicia, clientelae, facultates, affinitates, eloquentia. Sed haec ad genus iudiciale attinent; In rebus spectatur locus, tempus, opinio, fama, expectatio vulgi, dubitatio, sollicitudo, admiratio, vorum, innuocatio diuorum, abominatio, historia, exemplum inopinatum.

Attentionis concis. Attentionis partes sunt, res magnae, nouae, praecellae, incredibiles, inuistatae, terribiles, hu-

mana, illustres, obscurae, difficiles, fructuosae, liandantia, iucundae, auditoribus vtilis.

Docilitatis partes sunt distributionis breuitas: In tractatione vt plurimum omnia debent esse mediocria, & modesta, sententiae, Roscio vox, vultus, compositio. A structura aberit, Amerino verbum omne insolens, audacius translaturum, 9.10. vetustum, poeticum, luxu diffluens. Nisi forte, quis in ijs declamatoribus, qui artem de industria profitentur, aliam rationem esse putet.

At vero, quoniam ea saepius nobis occurrunt argumenta, vbi nihil a loco, aut tempore, aut personis desumendum est, vnde nimis vulgaris, plerumque sunt exordia, vnam rationem exordiorum breuem, & minime communiem paucis trado. A re ipsa exordiendum, 2. Anton. quod vt commodius fiat, spectanda est quaestio ad licendum proposita. Atque vt ca paritularis est, gradum facere oportet ad generalem, & ab eadem exordiri, hoc est incipere oportet a propositione generali, qua ducta ex intimis ipsius quaestionis visceribus, instar sit fundamenti: In hoc nihil puerile, nihil affectatum, & ita quidem exordium est, vt ferme extra exordium sit, nam dum se insinuat, iam probat. Ita tamen, vt quod vult Quintilianus, neque nimis argumentosum sit, neque proferens argumentatione careat, hoc non modo Chrijs, sed ipsis iudicialibus causis accommodatum est. V. G. Agitur haec quaestio an legitima parentibus debita postponi debeat legatis in pias causas factis. Tale erit pro causa religiosa exordium.

Magna est apud probos, pioque omnes piae causae commendatio, magnum imminuta charitatis, & frigiditatis Christiani amoris argumentum, quoties legatorum in Ecclesiam, & pauperes fauor, vlla ciuili officij consideratione superatur. Et hoc iacto fundamento orator descendat ad causam. Ab antiquorum etiam dictis, vel factis, similibus, vel dissimilibus in hoc genere incipi nihil verat. Contra.

Pro patre tale sit initium.

Natura quae communis est omnium parens, non modo mutuis beneuolentiae officijs homines inter se conciliat, sed & episcopi affectus, & amicitiae iura, plerumque ex propinquitatis gradu, & agnationis vinculo immitit, atque instillat.

Aliud est in hoc genere apud eundem exemplum. Haereses postulant viduam impudicam ipso luctus anno, dotalitio priuari. Exordium,

Dion. Prusæus in olympico.

dium, fit à communi pudicitie laude. Castitatis, & pudicitie cultus, vnica res est, & vera foeminarum commendatio, & insigne mulieris laudis monumentum.

Alterum est. Cum ab ipsa hypothesi gradimur ad thesin, & rem initio dicendi proponimus, vel potius primis lineamentis adumbramus, sine tamen vlla insinuatione. Tale mihi Areopagitarum patronorum exordium simplex, & concisum fuisse videtur. Vt, viduam hæredes mariti arguunt, & adulteram, & cædis mariti participem fuisse. Sic, caussa hæc agitur aduersus mulierem, & adulteram, & cæde mariti insignem. Titia non modò constante matrimonio, thori genialis calcato scedere turpiter se prostituit, sed & intra annum iustus libidine peccauit in cineres mariti. Deinde crimen communiter exaggeratur.

Hæc igitur exordia maximè propria, cætera tamen, quæ ab alijs adiunctis ducuntur, vt personarum, & locorum non sunt contemnenda, si modo communia rarè quibusdam ornamentis illustrentur, quod quo pacto fieri possit, hic subijcio, cum aliqua exemplorum varietate.

De exordijs in demonstratiuo genere, ab historijs, fabulis, & exemplis.

C A P V T X.

Demonstratiuum genus, vt natum est ad pompam, exordiorum flore, præter cætera vestiri, atque ornari solet.

Sumuntur autem ab adiunctis personarum, rerum, locorum, temporum, & ea satis crebra sunt, quæ per insignem aliquam historiam fiunt, cui statim propria redditio accommodatur, quod si bellissimè fiat, specimen habet eruditionis, & ingenij: Contra si tortum, si intrusum, si nimis affectatum, inueniuntur stylum sapit.

Exempla nonnulla suggeram, quæ passim vsurpari video, quanquam hanc exordiendationem, haud vbique probauerim.

Adiuncta persona Oratoris.

Si se tenuem in dicendo profiteri velit, & concursum auditorum habeat, qui eum circumstant, ament, suspiciant, exordiat à similitudine noctuæ, vt est apud Dionem Prusæum in olympico.

Αλλ' ἤ τί λεγόμενον, ἔσ' ἀνδρες, ἐγὼ καὶ παρ' ὑμῖν, καὶ παρ' ἑτέροις κείσοι, πτόνον, ἵνα τοῦ τῆς γλαυκῆς ἀπ' ποτὸς παραδόξον πῦρ ἐκείνην γὰρ οὐδὲν ἔφατ' ἑτέρα αὐτῶν, οὐδ' ἂν οὐκ ἐβέλτεία τὸ ἐδ' ἄλλὰ τοιαύτην ὁμοίαν ἴσμεν, ὅταν δὴ ἴσως φθ' ἔγ' ἡ γλαυκὸν καὶ αὐδαμῶς ἠδὲ, περὶ τῶσι τὰ ἀλλὰ ὄρεα ὄραν δὲ ἴδη μόνον τὰ μὲν, καὶ ζῆζόμενα ἐγγὺς τὰ δὲ πύκλω π' ἰριπτόμενα, ἕως μὲρ ἐμὲ δακῆ, κατατρονῶτα τῆς φαυλότητι καὶ τῆς ἀδυνείας. οἱ δὲ ἀνθρώποι φασί, ὅτι δαυμάζει τὴν γλαυκῆ τὰ ὄρεα. πῶς δὲ οἱ τῶν τῶν μάλ' ὄραντα δαυμάζει, καλὸ μούτω καὶ πικίλον. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν καταμῶμεν καὶ ὅπ' ἐκινούσ' αὐτὸ καλλῆσ' τῶν π' ἑ, ὅταν ἀθεύηται πρὸς τὴν δὴ λειπ. νακλάεσ' τὴν οὐρανὸν, καὶ π' ἰρήσας αὐτῶ πανταχῶθεν ὡσπερ ἐκδὲς ἐξ ὄρου, ἢ λει γὰρ ἢ μιμηθέντα οὐρανὸν πικίλον ἔσεοις, &c. quæ sic παραφρασεως expono.

Mi verò (Audit humaniss) absurdum illud, & incredibile, quod de noctua narratur, & hic apud vos, & apud alios complures accidisse video. Illa enim quum cæteris volucribus sit, neque sapientior, neque formosior, sed talis qualem nos sæpe vidimus, quando forte vocem fundit mœstam, prorsusque insuauem, circumstant alie aues, imò simul, atque eam conspexerunt, partim propè assident, partim in orbem circumuolant. Quid verò Iunoniam auem pulchellum illum pauonem, qui gemmat floribus, nitet purpura, micat auro, stellis radiat, qui dum se infringit, rotat, delicias agit, & conchata caudæ volumina explicat, magnificentissimum theatrum, aut cælum ipsum micantibus stellis vndiq; vermiculatum, spectatorum oculis subijcit; non ita admirantur, non fractos Iulcinia modulos, non moribundioloris voces, ipsa suauitate dulciores, tanto pe-re suspiciunt: Sic vos quoque cum tota mœna habeatis spectacula, tot acroamata, tot Rhetores, tot Poetas, vos tamen me, cum erudissimis hominibus minimè comparandum.

Pauo theatrum sibi spectabile & cælum in cauda constituit.

Redditio.

circunstatis, & summa benecolentia complectimini.

